



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

6 de Prophetis & diuinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

τα ἀναγγέλλουσι τῶ βασιλεῖ, ἢ αὐτῶ βασιλευσὶν Ἰνδοί, ἢ τοῖς τέλει ἢ αὐτῶ ἀνδράσι τοῖς, id est, quid in vrbes, quid in agris agatur, inquirat, eaque regibus, si per reges gubernentur: aut magistratibus, si liberae sint ciuitates, denuntiant. Septimum genus, est hominum Indicorum, eorum qui de rebus ad publicum pertinentibus consultant: idque vel cum rege, vel per vrbes, quae liberae imperium tenent. ¶ In iure considerabimus quoque istas personarum distinctiones, propter diuersarum privilegia, & naturam. Itaque Indorum sequuti partitionem, de sapientibus siue philosophis erit prima personarum notio, & de his, qui eo tendunt, per gradus: de omnibus enim agit Iuriconsultus, qui scientiam aliquam vel artem profitentur. Sed vna diuisio e generalis, omnium harum personarum nomenclaturas complectetur, vt memoriz tenacius, quae proxime explicanda sunt iurareant.

¶ Igitur ratione scientiae & cognitionis, diuidimus personas: in eas quae habent cognitionem aut scientiam, vel in usum, seu intellectualem, vel speculatiuam, vel practicum. In usum habent prophetae, & diuini. Speculatiuarum scientiarum scilicet, vel habent realium, vel rationalium cognitionem. Qui realium habent scientiam, dicuntur vel mathematici, vel physici, vel metaphysici. Mathematici in quatuor sunt differentias, nempe arithmetici, geometrae, musici, astrologi, vel astronomi. Speculatiuarum rationalium personae, sunt grammatici, dialectici, rhetores, poetae, historiographi, Iuriconsulti. Practicae scientiae participes in actiua sunt, qui gerunt honores & munera ciuilia, illi qui oeconomia dicuntur. Et qui mores regunt, inspiciunt, & corrigunt, censors: quorum nomenclaturae variae sunt. De honoribus & censoribus, vt de aliis magistratibus Deo fauente, in iudiciorum personis agetur. De munerum administrationibus paulo infra.

¶ Ad practicum scientiam seu factiuam pertinent milites, de quibus in re militari. Artifices, agricolae, pastores, armentarii, bubulci, feniarii, de quibus mox venatores, piscatores, aucupes, de quibus diximus alibi, dum agimus de extrinsecis criminibus, de venatione. Nautae, negotiatores, popolae, mercatores, inflatoresque, &c. de his tractabitur Deo volente, in contract. emtionis & venditionis, & de nundinis, & de lege Rhodia in quasi contractibus, de exercitoria actione, & de instituta. Fabrilium, ferrarii, metallarii, monetarii, architecti, figuli, aurifices. Medici, chirurgi, obstetrices, iatralaplici. Mechanici, pictores, baphtici, sculptores, celatores, statuarii, plastici, scribae, pistores & huiusmodi, fullores, textores, factores, &c. Item milites, qui in multiplici differentia.

De Prophetis & Diuinis. Cap. 6.

- 1 Sophista Indis vates.
- 2 Sophista olim philosophi dicebantur.
- 3 Prophetia nomen quid significet.
- 4 Prophetae boni, & mali.
- 5 Prophetae quando cessarunt in populo Israelitico, eod.
- 6 Prophetae mali & impii homines vere.
- 7 Sibyllina oracula cuius sint.
- 8 Sibylla mortua adhuc diuinat in foribus.
- 9 Sibylla credidit eod.
- 10 Sibyllarum numerus.
- 11 Sibyllarum librorum combustorum historia eod.
- 12 Sibylla nomen quid significet, eod.
- 13 Sibyllini libri Roma custoditi, & consulti publice, & quando.
- 14 Sibyllinis libris Christiani fidem non adhibebant.
- 15 Lactantius Proculus praedixit cum vita sua discrimine diem mortis Domitiani.
- 16 Domitiani tyranni mors praesensa, & lanatus a canibus, eod.
- 17 Apollonis Tyanae visio in morte Domitiani.
- 18 Antonini Caracalla imperis praedictio.
- 19 Vates, & diuini genitium excimii, 12. 13. 14.
- 20 Oenone vates.
- 21 Helena vates, eod.
- 22 Cassandra vates, eod.
- 23 Chalcas vates, eod.
- 24 Diuinationis & prophetiae differentia.

Sophista, id est, sapientes apud Indos dicebantur, qui futura vaticinabantur, quae ad reipublicae utilitatem pertinebant, vt diximus ex Atrio, lib. rerum Indica. Et vt Terentius ait, in A. delphis. Illuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed et

iam illa, quae futura sunt, prospicere. ¶ Et Sophista dicitur olim, qui postea phil. Sophi: rerum eorum consideratione attentior, rebus futuris, prospiciebant. Verum ista cautio futurorum, ex causis naturalibus facta, proprie non pertinet ad professionem, vel diuinationem: sed ad prudentiam, & astrologiam. ¶ P. Ophetae nomen, sumto late vocabulo, & eum qui futura praedicit, can. si qua. libet, §. Abraam, 22. q. 2. & eum qui sacra scripturarum diuinarum mysteria interpretatur abdita, continet, can. si rector, 43. dist. Exod. 7. ibi, Aaron erit propheta. Genus prophetiae vniuersum tripliciter diuiditur, in futurum, praesens, & praeteritum. Et Moyses est propheta dum narrat de creatione Adami, & de temporibus repetitis ab origine. Tum etiam propheta est eius, quod est occultum inuentu: vt dum D. Petrus furum Ananiam & Saphiram detexit. Sed magis proprie propheta, quae euentura longe pronuntiat, D. Chrysofomus, in 2. praemio in Psalms tom. 1. ¶ Prophetarum alii boni, & prophetae illorum vera: alii mali, & prophetae vera: alii pseudoprophetae, & prophetae vel usurpata diuinatione, falsa. Veri prophetae, sunt & boni a Deo, ad id munus electi, qualis Elias, Heliseus, Enoch, Elias, Zacharias, Hieremias & alii similes, qui omni tempore fere fuerunt in populo Deo, vt; ad Aggeum, Zachariam, & Malachiam, quibus mortuis cessauit propheta in Israhel, anno a creatione mundi 3404. vt scribunt Hebraei in suis Chronici, in lib. sepher golam Zutha. ¶ Prophetarum etiam homines, quamuis improbi essent, & habere aliqui mali spiritum prophetae sed non ad meritum, aliis non sibi viles, vt in iudicio exiit, ro eloquio, dum deus dicit non nosse eos omnes, qui dicunt se prophetae in nomine eius, & a se reuocet, vt operantis iniquitatis. Mat. 7. c. 7. ¶ Prophetarum Balaam, quamuis impiissimus. Numer. 22. & Saul persecutor prophetae, 1. Reg. 19. & 18. & Capphas prophetae, cum esset parricidius, quod expediebat vnum hominem morti populo, ne tota gens periret, D. Ioan. euang. 8. ¶ Et plures alii, quorum ore spiritus sanctus, vt in strum: o vsus est. Etenim prophetae, donum gratiae est, & hoc fuse explicat D. Chryso. homil. 25. in Mat. ¶ Annuntiamus etiam plures vates veridicos inter gentiles, non suo quidem merito, sed ad eorum malitiam ad huc proprio ore conuincendam. Sunt Sibyllina oracula veridica, si tamen ea non sint alius cuius mulieris, quae Deum non noverit, admiranda. Opinor enim Erythraeam saltem eam, cuius nobis in hisca sunt excussa fragmenta & responsa, Deum verum nouisse: Etenim in eius oraculis legitur, eam se profiteri uxorem vnius filiorum Neach, iactaramque vnde in arcam, vt quae intra esset vna cum leuibus & gossis. vide in Sibylliacis oraculis excussis Graece & Latine ex versione Castalonis lib. 1. pag. 61. & lib. 3. in fine pag. 153. Atque de Dei iussu, oracula iteris mandasse testatur, his verbis, lib. 1. Sibyllinarum oraculor. pag. 50.

— παντα γὰρ ἴδεν  
ἀθάνατος ὁ σῶτης, παντοκράτωρ ὁ θεὸς ἡμετέρων  
ἀγγέλλει ἡμῖν ἡμῶν μὴ φοβῆσθαι ἐξ ἀπολλῆσθαι  
Id est, omnia enim scit  
Immortalis saluator, qui omnia obseruat, qui que me iussit  
Annunciare vobis, ne mentibus pereatis.

¶ Aiuat, vt scribit Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromaton. Delphis in curia ostendi petram quandam, supra quam dicitur sedisse prima Sibylla, quae Helicon e venerat, educata a Musis, cum esset filia Lamiae Sidoniae. Sidonius autem dicit in versibus, ne mortua quidem a diuinandi arte cessasse Sibyllam, & id quidem, quod ex ea in aerem recessit post obitum id esse, quod in fortibus diuinat & auguriis. ¶ Ex quo autem quod mutatum est in terram corpore, exortam vt consentaneum est herbam, quam, cum eam bestia, quae in eo loco essent comedissent, scribit perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse: eius autem animam existimat esse faciem, quae apparet in Luna.

¶ De numero Sibyllarum, non est quod post tot aliorum labores repleam chartas: illorum etenim opera prostant petrita, colligit de his multa Vius in commenta. ad c. 23. lib. 18. de ciuitate Dei Augustini. Onuphrius, lib. de Sibyllis & Sibyllarum oraculis. Lactantius, ex Varrone lib. 1. contra gentes c. Suidas & alii. Ferunt ad Tarquinium Priscum, vel vt alii volunt, Tarquinium Superbum vnam Sibyllarum, oraculorum libros detulisse secundum aliquos nomen, secundum alios tres, & pro eis trecentes Philippaeos postulasse, regemque aspernatum pretii magnitudinem, & mulieris insania derisisse: illam autem conspectu regis tres ex noue, vel secundum alios vnum ex tribus, combustisse, ac pro reliquis idem pretium postulasse, Tarquinium multo magis insantem putasse, eam in deum tribus aliis excussis, vel secundum alios altero, in eodem pretio perseuerasse, mo-

- se, motum que fuisse regem, ac trecentis aureis emisse. Testis Plinius, lib. 34. s. Dionysius Halicarn. Solinus, cap. 7. Aulus Gellius, Seruius, in 4. *Æneid. vers. Suidas*, qui & Sibyllæ nomen dicit esse. *Id est, dictionem Romanam significantem Prophetam seu vatem. Est & Sibylla, ac si dicas deorum consilium. Vt Eoles dicebant. dicitur, deos, & Sibyllæ, consilium.*
- 10 ¶ Conferuabantur tamen Romæ summa cum veneratione libri Sibyllini, qui magnis in negotiis consulebantur: veluti quando contra Volscos bello moto, Romæ laboratum est victus inopia, & magnus metus fuit ne in totum deficeret, terra fructus negante, *Dionys. Halicarn. in 6.* Sub Claudiano quoque, quo tempore Marcomanii curia vastabant, *Flavius Vopiscus in vita Aureliæ.* Sub Galieno, pro pestilentia sedanda, *Julius Capitolinus, in Galieno.* Et sæpissime aliis quoque temporibus.
- 11 ¶ Dignum tamen notari est, Christianos nunquam his fidē adhibuisse, quod colligo ex Vopisci verbis dicentis ad feruatum, cum esset controuersia de inspiciendis libris Sibyllinis, Aurelianus scripsisse: *Æmiror, patres sancti, vos tandem de aperendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. Flavius Vopiscus, in Aureliano.* Sed nec per solas Sibyllas aliquando permittitur veram prædici Deum, sed etiam per alios. ¶ Sic tamen Larginus Proculus prædixit in Germania Domitiani diem, quo excessit e vita. Hac causa Romanus missus, damnatus capite, tamen executione remorata Domitianus eo interit die, & absolutus a Nerua imperii successore, 40. festiuitas eo accepit. Alius qui Domitiano & vitam & genus mortis prædixit, & eum lanthanum a canibus, quod accidit. Nam cum rogatus vendus esset, imbre ignis extinctus est: ubi canes vincam repererunt, lanthanum. Item Apollonius Tyaneus, quo tempore ab Stephano Liberto occidebatur, cum in precessum atque editum ascendisset conuocata magna populi turba, sine Ephesi esset, sine alibi dixit. *Reliqua Stephano, euge Stephano, perente homicidam, percussisti, vulnerasti occidisti, Xiphilinus, ex Dion. in Domitiano, Philostratus, lib. 8. de vita Apollonii Tyanei.* Quidam vates in Africa prædixit Macrinum præfectam a tertio Antonio Caracallæ, & filium eius Diadumenum imperatorem, quod 14 accidit, *idem Xiphilinus, in Antonino Caracalla.* ¶ Oenone, tamen Cerebrensis filia, vxor prima Alexandri filii Ptolemi, Alexandro prædixit, futurum eum rapturum Helenam ex Europa, & bellum suæ patriæ inducturum, & quod ipse in bello esset laucandus, & a nemine sanandus. Eiat enim numine correpta sepe, & futura enuntiabat, *Artemidus, in Eroticiis, c. 4. ex Nicandro, lib. de poetis.* Cum etiam idem Alexander raptor Helenæ, in Græciam transire decreuisset, Helenus vaticinatus cepit Graios venturos, illum euerturos, parentes & fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi ex Græcia vxorem adduxisset Idipsum & Cassandra vaticinata, *Dares Phrygius, lib. de excidio Troia.* Chalcas in exercitu Græcorum vates futurorum eximius, *Dionys. Crætesis, lib. 2. de bello Troiano.* Ommitto recensere reliquos, qui in hac diuinationis arte floruerunt, & sepe vera, sepius tamen mendacia protulerunt: vt potius dicantur diuinatione diabolica, quam spiritus sancto loquuntur. Quemadmodum illi pseudoprophetae, qui diuinationes suas proferentes dicebant, *Hec dixit Dominus, cum tamen non fuisset eis locutus Dominus, nec misisset eos. Hieremia, 14. & 23. Ez. echiel. 13.* Plura de diuinatione & speciebus eius & pœna criminis alibi diximus, quæ suo loco videto, *in criminibus diximus, dum egimus de maleficiis & mathematicis.*
- 15 ¶ Differentia tamen insignis inter diuinationem, & prophetiam, quam adfert D. Chrysostomus, *Homilia in Psal. 44. tomo 1. est:* quod vates gentiliū, qui responsa canebant, & oracula, multa quæ dicitur dicebant, eorum autem quæ dicebant, nihil sciebant. Sed non ita facit spiritus S. sed permittit, vt cor cognoscat quæ dicuntur. Et Hermas discipulus D. Pauli apostoli, *Discernitur, inquit, prophetia & spiritus Dei ab spiritu falso. Quia Dei spiritus desuper sum est. qui uisus, humilis, sine nequitia, sine desiderio vano huius seculi, homine omni se facit humiliorum: non semper omnibus, nec de singulis loquitur, interrogatus, sed cum Deus uult. Spiritus autem terrestris, est & fatuus, & homo: qui cum habet, primam uult cathedram, est improbus uerbis suis, in deliciis, in uoluptatibus multis, & mercedem accipit diuinationis, Hermes, lib. 2. Pastoris, mandato, uel c. 12.*

## De Philosophis. Cap. 7.

- 1 ¶ Philosophi nomen quid, & quis primus eo se nominauit.  
Pythagoras primus se dixit philosophum. eod.

- Sophista nomen quando in desuetudinem abiit, & immensum cepit esse. eod.*  
*Sophista qui, eod.*  
*Prothogoras Prodicus mercede docuit philosophiam primus, & Gorgias.*  
2 ¶ *Philosophia quid, & distribuitur in tres species, & plura membra.*  
*Philosophia qui partes tantum exercuerunt seorsum, & qui omnes. eod.*  
3 ¶ *Philosophia omnis in actione, & contemplatione.*  
*Philosophia uera mores componit. eod.*  
4 ¶ *Philosophia uera in usu & memoria, non in uerbis & disputatione.*  
5 ¶ *Philosophi contemplatiui in seles & odio habiti.*  
6 ¶ *Pythagorici philosophi in Italia combusti.*  
*Plato ueniens in seles, eod.*  
*Epicurus locis honestis, pulsi, & alii philosophi uerbis.*  
*Item 7. & 8.*  
7 ¶ *Pœna nuda nudum inungi, & apibus exponi.*  
9 ¶ *Aristoteli, & Aristotelici philosophi inimicus Caracallus.*  
10 ¶ *Philosophi cur a muneribus non excusati.*  
11 ¶ *Monachi exire claustrum non debent, ut audiant Physicam uel medicinam.*

Philosophus nomen tamen habet compositum, ut sit is qui amans est & studiosus sapientiae, *Cicer. Officior. lib. 1. & De Legib. 1.* Et hoc nomen sibi primum imposuisse ferunt Pythagoram, reiecto nomine sophistarum uel sapientium, ueluti arrogante pleno. Post quem, sapientiae qui eum secuti sunt professores, idipsum sibi usurparunt. Et paulatim sophistæ nomen, quod erat amplissimæ antiquitatis dignitatis, de decoro quodammodo esse cepit: honosque paulatim interit, postquam Prothogoras Prodicus, & Gorgias auditoribus sapientiam, uel philosophiam vendiderunt, ut ait Themistius, *in sophista oratio 4.* atque qui uel quaeritus, uel ostentationis causa philosopharentur, postea dicti sunt sophistæ, *Cicero, de natur. Deorum 2. Academicarum questio. Socrates uero uocatur.* Plato in *Gorgia. Aulus Gellius, noctium lib. 10. cap. 22.* ¶ Philosophia, tamen est cognitio omnium optimarum rerum, & in his exercitatio, *Cicero, 3. de Orat.* Philosophia, ut ait Cicero, in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores, *Cicer. de Orator.* Sic Zeno primus Criticus, libro de oratione, & Chrysippus in primo etiam de oratione, & primo physicorum Appollodorus & Ephillus, Eudromus, Diogenes Babylonius, & Pellydonius, tripartitam esse dicunt philosophiæ rationem. Aliam quippe physicam, ethicam aliam, tertiam logicam dicit. Has uero partes, Appollodorus locos uocat, Chrysippus uero & Eudromus species, alii genera. Enimvero philosophiam animanti similem dicunt: offibus ac neruis logicen: caribus ethicam, animæ physicen conferentes. Siue tamen uero: esse quippe superficiem logicen, sequentia ethicam, in tima & penitus abstrusa physicam. Ordo autem harum uariis. Quidam primam logicen, secundam physicam, tertiam ethicam statuunt, ut Zeno Chrysippus & alii: quidam alii mutant ordinem. Cleanthes sex philosophiæ partes ait, dialecticam, oratoriam, moralem, civilem, naturalem, theologiam, *hac & plura Diogen. Laertius, in lib. 7. in Zinone.* Possunt & ista membra ad tria referri superiora, quæ ex diuisione antiqua Hebræorum fluxit, ut monet Eusebius, & inde etiam haussit Platonem, *Eusebius, lib. de Prepara. Evangelica.* Qui primus tres illas species philosophiæ coniunxit, cum antea separatim circa illas aliqui philosopharentur, non in omnibus, *Aristot. lib. 7. Philosoph. Diogen. Laertius, in Platone. Apuleius, in dogmate Platonis.* Primum enim philosophia in physica erat contemplatione. Hinc adiecit postea Socrates ethicam, & Plato postea utriusque logicen: & lacerauit philosophiam contulxit. Coluerunt tantum differendi rationem Gorgias & Euthydemus, Zeno, & omnes Eleatici, qui dialecticæ studuerunt. Memnon ad mores priuatos instituendos se conuertit, ut & Eutyphro, Philebus & Crito, & septem sapientes, Thalete excepto: alii ad publicos, & ad res publicas & leges formandas ut Plato: alii ad res naturales indagandas, ut Timæus, Thales, & eius discipuli: alii ad uirtutem, ut Parmenides, & Sophista, Platonicus. ¶ Vniuersa tamen porro philosophia in actione & contemplatione ueritur: proinde duæ eius erunt partes, harum altera actiua, altera contemplatiua dici potest. Actiua ad agendam vitam, id est, ad mores instituendos pertinet: contemplatiua, ad conspiciendas naturæ causas, & syncerissimam ueritatem, *D. August. lib. 8. De ciuitate Dei c. 4.* Socrate